

# CERTIFICAZIONE COMPETENZE LINGUA LATINA ANNO 2017

## PROVA B1

### TESTO

1 *Cetera quidem pacaverat rex. Vna erat petra, quam Arimazes Sogdianus\* cum XXX milibus*  
2 *armatorum obtinebat, alimentis ante congestis quae tantae multitudini per biennium suppeterent.*  
3 *Petra undique abscisa et abrupta semita perangusta aditur. Rex, loci difficultate spectata,*  
4 *statuerat inde abire; cupido deinde incessit animo naturam quoque fatigandi. Prius tamen quam*  
5 *fortunam obsidionis experiretur, legatum aliquem misit ad barbaros, qui suaderet ut dederent*  
6 *rupem. Arimazes superbe multa respondit, ad ultimum an Alexander etiam volare posset*  
7 *interrogat. Quae nuntiata regi sic accenderunt animum, ut, adhibitis cum quibus consultare erat*  
8 *solitus, indicaret insolentiam barbari eludentis ipsos, quia pinnas non haberent: se autem proxi-*  
9 *ma nocte effecturum ut crederet Macedones etiam volare. CCC iuvenes praestantes et levitate*  
10 *corporum et ardore animorum illi adducunt, qui, alimentis in biduum sumptis, gladiis atque*  
11 *hastis armati subire petram coeperunt. Ac primo pedibus ingressi sunt; deinde, ut in praerupta*  
12 *perventum est, alii manibus eminentia saxa complexi levaverunt se, alii adiectis funium laqueis*  
13 *evaserunt; quidam, cum cuneos inter saxa defigerent ut gradus, subinde quibus insisterent, diem*  
14 *inter metum laboremque consumpserunt. Per has tamen difficultates enituntur in verticem*  
15 *montis pariterque eos et nox et somnus oppressit. Postero die legatus quem ad Arimazen Alexan-*  
16 *der miserat suadere coepit Arimazi petram tradere. Ille ferocius superbisque quam antea*  
17 *locutus abire legatum iubet. At is prenum manu barbarum rogat ut secum extra castra prodeat*  
18 *et iuvenes in cacumine ostendit; eius superbiae haud inmerito inludens, pinnas habere ait milites*  
19 *Alexandri. Ea res, sicut pleraque belli vana et inania, barbaros ad deditionem traxit. Desperatis*  
20 *magis quam perditis rebus, Arimazes cum propinquis nobilissimisque gentis suae descendit in*  
21 *castra; quos omnes verberibus adfectos sub ipsis radicibus petrae crucibus iussit Alexander*  
22 *adfigi.*

\* La Sogdiana è una regione dell'Asia centrale, più o meno corrispondente agli attuali Uzbekistan e Tagikistan (include località illustri, come le città di Persepoli e Samarcanda)

## Esercizio 1 - Comprensione

Scegli il riassunto che ti sembra più adatto a sintetizzare il racconto proposto

1. Alessandro, sentendosi sfidato dalle difficoltà naturali e dalla sicurezza dei nemici, decide di compiere un'impresa insolita, ma che non avrebbe potuto in alcun modo evitare
2. Alessandro, sentendosi sfidato dalle difficoltà naturali e dalla sicurezza dei nemici, decide di compiere un'impresa insolita, che avrebbe anche potuto evitare
3. Alessandro, benché sfidato dalle difficoltà naturali e dalla sicurezza dei nemici, decide di compiere un'impresa insolita, ma che non avrebbe potuto in alcun modo evitare

## Esercizio 2 – Lessico

Rispondi alle seguenti domande, mettendo una crocetta sulla possibilità che ritieni giusta

1. Il verbo *suppetere* (r. 2 *suppeterent*) qui significa:
  - chiedere
  - supplire
  - essere a disposizione
  - essere in eccesso
2. Il sostantivo *semita* (r. 3) qui significa:
  - scorciatoia
  - sentiero
  - salita
  - pendio
3. L'aggettivo *perangustus* (r. 3 *perangusta*) qui significa:
  - molto ripido
  - molto stretto
  - dai molti tornanti
  - molto pericoloso
4. Il verbo *fatigare* (r. 4 *fatigandi*) qui significa:
  - tormentare
  - affaticare
  - affrontare
  - importunare
5. Il verbo *eludere* (r. 8 *eludentis*) qui significa:
  - schivare
  - schernire
  - evitare
  - frustrare
6. Il verbo *evadere* (r. 13 *evaserunt*) qui significa:
  - fuggire
  - evitare
  - salvarsi
  - pervenire

7. Il sostantivo *gradus* (r. 13) qui significa:
- passo
  - grado
  - varco
  - gradino
8. Il verbo *eniti* (r. 14 *enituntur*) qui significa
- affaticarsi
  - sforzarsi
  - tentare di raggiungere
  - raggiungere

### Esercizio 3 – Elementi di coesione

Rispondi alle seguenti domande, mettendo una crocetta sulla possibilità che ritieni giusta

1. *ipsos* (r. 8) designa:
- i barbari assediati
  - tutti i Macedoni
  - i consiglieri di Alessandro
  - gli stessi scalatori
2. *illi* (r. 10) designa:
- gli scalatori
  - i Macedoni
  - Alessandro
  - i consiglieri di Alessandro
3. *subinde* (r. 13) costituisce un nesso:
- avversativo
  - causale
  - spaziale
  - temporale
4. Nell'espressione *ut gradus* (r. 13), *ut* ha valore:
- comparativo
  - finale
  - consecutivo
  - temporale
5. *Ille* (r. 16) designa:
- Alessandro
  - Arimaze
  - il legato
  - l'esercito barbaro
6. *At* (r. 17) ha valore
- avversativo
  - causale

- conclusivo
- temporale

7. *eius* (r. 18) designa:

- Arimaze
- Alessandro
- il legato
- i barbari

8. *ea res* (r. 19) si riferisce a:

- l'insistenza del legato
- la presenza dei Macedoni sulla vetta del monte
- l'inutilità di proseguire la guerra
- la difficoltà dell'assedio

#### Esercizio 4 - Vero o falso?

Compila la griglia sottostante, indicando se le seguenti affermazioni ti sembrano vere o false

- 1 Nemo ad locum quem Arimazes obtinebat pervenire poterat, cum ne semita quidem esset.
- 2 Alexander, cum longa fastidia obsidionis ferre non posset, legatum misit ad Arimazen, qui illi ad deditionem persuaderet.
- 3 Iuvenes Macedones omni ratione montem ascendere conati sunt.
- 4 In praerupta saxa Macedones mox pervenerunt, cum pedibus ingressi essent.
- 5 Qui ad ascendendum funibus vel cuneis usi sunt, cum consistere non potuissent, perierunt.
- 6 Macedones, cum per multas difficultates in montis cacumen pervenissent, tota nocte quieverunt.
- 7 Arimazes, cum res perditas animadvertisset, deditionem fecit.
- 8 Alexander victoriam ex hostium credulitate consecutus est, sed etiam quod ei nihil impossibile videbatur.

1=	2=	3=	4=
5=	6=	7=	8=

#### Esercizio 5 – Parafrasi

Compila la griglia sottostante, associando lettere e numeri; ricorda che uno spazio è da lasciare vuoto

Omnia pacata erant ab Alexandro, unus autem mons ab Arimaze Sogdiano cum XXX milibus armatorum obtinebatur, ubi alimentorum tanta copia comparata erat ut per biennium suppeteret. Ad eius montis verticem aditus perdifficilis erat, .....**A**..... cum mons undique abscisus et ascensus undique difficilis atque arduus esset nec plus quam unus transitus esset. Rex loci difficultatem perspexerat atque .....**B**..... eo ascendendum non esse; sed mox cupidine

exarsit cum natura .....C..... Tamen, antequam obsidionis .....D....., Alexander quendam legatum barbaro duci misit, qui .....E..... ad deditionem. Arimazes tam superbe respondit ut ex eo quaereret, an Macedones milites essent qui volare possent. ....F..... rex iratus est, atque eos adhibuit quibuscum consulere solebat, .....G..... illum insolentem barbarum illudere ipsos, quia pinnas non haberent: “Ego autem – ait - proxima nocte effecturus sum ut hoc .....H.....: Macedones etiam volare possunt”. Mox illi CCC iuvenes praestantes corporis agilitate et virtute animi colligunt, qui, alimentis in biduum sumptis, .....I....., in rupem ascendere coeperunt. Cum pedibus primum ascendissent, ubi in asperum et praeiunctum iugum pervenerunt, alii eminentia saxa manibus complexi se levaverunt, alii funibus usi conscenderunt; alii cuneis inter saxa defixis, .....K....., diem inter metum laboremque consumpserunt. Nihilominus, .....L....., enituntur in verticem montis et tandem nocte et somno oppressi sunt. Postero die legatus qui ad Arimazen missus erat rursus .....M..... suadere Arimazi ad petram tradendam. Qui, ferocior ac superbior factus quam antea, .....N..... legatum iussit. At ille barbari regis manum prehendit et secum traxit extra castra ut videret milites Macedones in cacumine; et, cum eius superbiam merito irrideret, milites Alexandri .....O..... ostendit. Qua re, nam saepe .....P..... belli exitus ex rebus inanis et vanis consequatur, barbari ad deditionem adducti sunt. Cum de victoria Arimazes desperavisset magis quam .....Q....., propinquis nobilissimisque comitantibus e rupe descendit et omnes iussu Alexandri verberibus adfecti sub ipsis radicibus petrae crucibus adfixi sunt.

- |                       |                                  |                       |
|-----------------------|----------------------------------|-----------------------|
| 01.armis arreptis     | 02.certandi                      | 03.conatus est        |
| 04.discrimen iniret   | 05.ei suaderet                   | 06.ei visum erat      |
| 07.fit ut             | 08.his difficultatibus superatis | 09.his verbis relatis |
| 10.illinc abire       | 11.pinnatos esse                 | 12.pro certo habeat   |
| 13.quibus insisterent | 14.ut denuntiaret                | 15.victus esset       |
- 
- |    |    |    |    |    |
|----|----|----|----|----|
| A= | B= | C= | D= | E= |
| F= | G= | H= | I= | K= |
| L= | M= | N= | O= | P= |
| Q= |    |    |    |    |

### Esercizio 6 - Trasformazioni

Completa le frasi sottostante, trasformando opportunamente i costrutti sintattici:

- Una erat petra, quam Arimazes Sogdianus cum XXX milibus armatorum obtinebat, alimentis antea congestis quae tantae multitudini per biennium suppeterent.*

- Una erat petra, quam Arimazes Sogdianus cum XXX milibus armatorum obtinebat, quo a-

limenta antea ....., quae tantae multitudini per biennium suppeterent.
- Quae nuntiata regi sic accenderunt animum, ut, adhibitis cum quibus consultare erat solitus, indicaret insolentiam barbari.*

- Quibus nuntiatis, sic animus regis ....., ut, adhibitis cum quibus consultare erat solitus, indicaret insolentiam barbari.

3. *Quae nuntiata regi sic accenderunt animum, ut, adhibitis cum quibus consultare erat solitus, indicaret insolentiam barbari eludentis ipsos, quia pinnas non haberent.*

- Quae nuntiata regi sic accenderunt animum, ut, adhibitis cum quibus consultare erat solitus, indicaret insolentiam barbari, qui ..... ipsos, quia pinnas non haberent.

4. *Quae nuntiata regi sic accenderunt animum, ut, adhibitis cum quibus consultare erat solitus, indicaret insolentiam barbari eludentis ipsos, quia pinnas non haberent.*

- Quae nuntiata regi sic accenderunt animum, ut, adhibitis cum quibus consultare erat solitus, indicaret insolentiam barbari eludentis ipsos, cum diceret eos pinnas non .....  
.....

5. *Postero die legatus quem ad Arimazen Alexander miserat suadere coepit Arimazi petram tradere.*

- Postero die legatus quem ad Arimazen Alexander miserat suadere coepit Arimazi ut petram .....  
.....

6. *Ille ferocius superbiusque quam antea locutus abire legatum iubet.*

- Ille ferocius superbiusque quam antea locutus imperat ut legatus .....  
.....

7. *Rex, loci difficultate spectata, statuerat inde abire; cupido deinde incessit animo naturam quoque fatigandi.*

- Rex statuerat inde abire, quia loci difficultatem .....; cupido deinde incessit animo naturam quoque fatigandi.

8. *Rex, loci difficultate spectata, statuerat inde abire; cupido deinde incessit animo naturam quoque fatigandi.*

- Rex, loci difficultate spectata, statuerat inde abire; deinde autem cupivit naturam quoque .....  
.....